

13. Can. XLI. Edicit, ut si frater fratri uxorem viari, a neutro deinceps illa contigi possit propter evitandum incestum; addit tamen, si urgeat incontinentie periculum, Episcopum post mulieris penitentiam suo praescripto peractam eisdem conjugatis usum matrimonii debere dispensare; *Nec (inquit) dum sperant ad alta sublevari, corruant in canam.* Hinc liquet, posse per Episcopum dispensari in impedimentis contracto legitimo matrimonio supervenientibus; etiam in primi gradus incestu, ut docet Thomas Sanchez de matrimonio lib. 8, disp. 11, n. 16. quem Bonacina, aliquie sectantur.

14. Can. XLVIII. Illud etiam nec canonica institutione definitus, nec introductione aliqua refutamus, sed propter eos, qui diverse de eo sentiunt, aliquid commemoramus: si quis sua communis spiritualis filiam fortuito & ita contingente rerum causa in connubium duxerit, consilio matuore servato habeat, atque honeste legitimo conjugio operam det.

Secundum jus a Concilio Tridentino statutum sess. 25, cap. 2, distinguendum est inter commatris filios de sacro lavacro suscepitos, & non suscepitos; de suscepitos enim non potest esse ullum cum patrino conjugium, sed potest aliis commatris filiis sive compater sive commater nuptiis copulari. Canon iste manifeste affluit, in ambitu morum questionibus utriusque probabilitus atque assertis a gravibus & probatis Doctoribus ( quales in praxi casu occurruunt innumeri, nullo evidenti ac recepto jure definiti ) licitum esse, dum adit bona fides, nec qui operatur oppostam partem esse credit probabilitorem, ad unam ex duabus se determinare. Hujus enim Concilii Patres nihil ausi sunt in proposta de matrimonio questione ( ut ipsius protestantur ) definire; consilium tamen dant alteram & duabus sequendi, cui se aliquis antea cum bona fide addixerit.

Can. LI. Illud vero communi decreto secundum Canonum institutum & prejudicamus, si quis cum uxore alterius, vivente eo, fornicatus fuerit; mariente marito, Synodali iudicio aditus ei claudatur illicitus, ne ulterius ei conjugari matrimonio, quam prius polluit adulterio: nolimus enim, nec Christianae Religioni oportet, ut ullus ducat in conjugium, quam prius polluit per adulterium.

Non servatur iste canon, si intelligas de invaliditate matrimonii post conjugij mortem inter adulteros inita, nisi ad adulterium praecedens accelerit vel mutua fides de contrahendo post conjugij mortem matrimonio, aut ipsi adulteri in mortem conjugis conspiraverint. Immo sufficit amborum conspiratio sine adulterio, dummodo fuerit sequuta occidio, quin etiam nec requiritur amborum ad occisionem conspiratio, sed unus eorum machinatio cum effectu altera inscia parte, sed eo causa requiritur utriusque adulterium. Vide tit. per totum in Decretalib. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

## CONCILII NAMNETENSE

Epochæ incertæ.

I. **N**annetes, seu Namnete, urbs est ad Ligerim Episcopalis sub Turonensi Metropolitanus.

2. Can. I. Ut Dominicis & festis diebus Presbyteri, antequam Missas celebrent, plebem interrogent, si alterius Parochianus in Ecclesia sit qui proprio contemptu Presbytero ibi Missam vult audire. Quem si invenerint, statim ex Ecclesia abiciant, & ad suam Parochiam redire compellant. Similiter interrogent, si aliqui discordantes sint, qui inter se litem implacabilem habeant, & si inventi fuerint, statim reconciliem: *Quod si renuerint pacem suscipere, ab Ecclesia rejiciantur, usque greges confidera.* Sapienter ait Sanctus Papa Gregorius libr. 2. epist. 62. *Quia enim potest esse Pastoris excusatio, si lupus oves comedit, & Pastor nescit?*

His consentit can. 31. Concilii Arelatenensis secundi: *Huius publicis inter se odiis exardecscunt, ab Ecclesiastico conventibus sunt removendi, donec ad pacem recurvant.* Prior vero hujus Namnetensis canonis pars, de audiendo Sacro in propria Parochia, iteratur in 2. canonice, ut nullus Presbyter alterius parochianum, nisi in itinere fuerit, vel placitum ibi haberetur, ad Missam recipiat. Eodem spectat Concilium Tridentinum sess. 24. c. 4. de reform. his verbis: *Monetique Episcopus populum diligenter teneri uniuersaque Parochie sue interesse, ubi commode id fieri potest, ad audiendum*

*verbum Dei.* Cum his conspirant plerique constitutiones a sanctissimo Prefule Carolo in Mediolanenibus Conciliis edita. His tamen derogat perpetua, totoque propositum Orbe Christiano recepta consuetudo in oppositum.

3. Can. VI. *Principiendum secundum Canonum auctoratem, ut de sepulcris & hominibus sepeliendis nihil numeris exigant, nisi forte qui sepelitur, vivens jussit, Ecclesia, in cujus aribo sepelitur, de suis aliqd tribue re, aut etiam post mortem illius, quibus commissum est ejus eleemosynam facere, de rebus illius dare aliqd sponte voluerint; tamen a Presbyteris nullatenus exigatur, sive ab illis qui vicis & locis presunt. Prohibendum etiam secundum Majorum instituta, ut in Ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in aribo, aut in portico, aut extra Ecclesiam; infra Ecclesiam vero aut prope Altare, ubi corpus Domini & sanguis conficitur, nullatenus habeat licentiam sepeliendi.*

Serius in usum Ecclesiastum receptum fuit, ut fideliū cadavera intra templorum ambitum sepelirentur, preterquam Martyrum, aliorumque, quos Ecclesia publico cultu veneratur. Ceterorum autem fideliū in publicis cōmemorari, aut atris templi condebat. Episcopos tamen intra Ecclesiastum tumulari mos fuit, ut testatur Sozomenus libr. 2. cap. ult. in quo scribit quoque Constantinus fuisse in Basilica Apostolorum Constantinopolis conditum, quam vivens a fundamentis excitavera. Verum non in alia templi parte quam in vestibulo, quod idem cenafundum pariter existimō de Episcopis. Liquet vero ex Chrysostomi verbis homil. 26. in 2. Corinth. *Constantius Augustus Constantinum Magnum ingenii honore se affectum exsistavit, si in vestibulis collocaret Piscatorum. Quod enim in Regis janitores sum Regibus, id in sepulcro Reges sunt Piscatoribus, & placare secum agi putant, si Janus ipsi assignetur vestibularis.* Concilium Bracarense I. anni 573. can. 36. prohibet intra Basilicas sepeliri fideliū cadavera. Insuper Concilium Varense citatum in Decreto, c. principiendum, 13. qu. 2. jubet extra Ecclesiastum sepulcrum mandari fideles defunctos: Sed vel in portico, vel in atrio, vel in exadris, quo nomine hic intelligit loca illa, que vulgo Claustra vocantur. Idem injungit Concil. Triburicense can. 17. his verbis: *Secundum statuta Sanctorum Patrum & experimenta prohibemus, & precipimus, ut deinceps nullus laicus in Ecclesia sepeliatur.* Ideo ex Concilio Moguntiaco Gratianus, 13. qu. 2. c. nullus: *Nullus mortuus intra Ecclesiam sepeliatur, nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni Presbyteri, aut fideles laici.* Huc pertinet 1. 2. Cod. de factis Eccles. & divi Augustini tractatus ad Paulinum, de cura pro mortuis gerenda, et fancti Gregorii Magni temporibus janinvaluerat consuetudo communis intra Ecclesiastum sepelendi, ut perpicuum fit lib. 2. dialog. cap. 23. & lib. 4. cap. 51. 52. 53. 54. Perhibet etiam Gregorius Turonensis, Clodovæcum primum Christianum Francorum Regem ( qui anno Chr. 511. morte obiit ) sepulcrum fuisse in Sanctorum Apostolorum a se fundata Basilica.

4. Can. VIII. *Sicut enim Episcopus non plus potest habere, quam unam civitatem, & vir unam uxorem, ita Presbyter unam tantum Ecclesiam. Itaque nullus Presbyter plures presumat habere Ecclesiastum, nisi forte alios Presbyteros sub se in unaquaque habet, qui nocturnum atque diurnum officium adimplant solemniter, & Missarum celebrationes quotidiana expleant ceremonias.*

Ex fine hujus canonis compertum fit, jam tunc fuisse admodum relaxatam Ecclesiastum disciplinam, cum uni Sacerdoti permittat duarum simul Ecclesiastum praefecturam. Praefectus autem Ecclesiastum referendis adfringitur, ut subditos clericos & suo dirigat exemplo, suaque praesentia & admonitionibus in officiis vitaque honestate contineat, eorumque defectibus & infirmitatibus per seipsum supplet. Prov. 27. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuusque greges confidera.* Sapienter ait Sanctus Papa Gregorius libr. 2. epist. 62. *Quia enim potest esse Pastoris excusatio, si lupus oves comedit, & Pastor nescit?*

Can. IX. *Ut de oblationibus, que offeruntur a populo, & consecrationi superfiunt, vel de panibus, quos afferunt fideles ad Ecclesiastum: vel certe de suis Presbyteri convernentes partes incises habeat in vase nitido, ut post Missarum solemnitas, qui communione non fuerint parati, eulogias omni die Dominico & in diebus festis exinde accipiunt, & illas unde eulogias Presbyter daturus, ante in hac verba benedicat: Domine sancte, &c.*

Vide secundam nostram de Eulogis dissertationem, in Notit. Eccl. saeculi II.

ECCLE-

## ECCLESIAE DECIMI SÆCULI HISTORICA SYNOPSIS.



1. **U**ia nonnulli insequentium saeculorum Scriptores, crassâ rerum qua contigerant ignorantia, & fabularum affectione pro suorum temporum barbarie adducti, nomina summorum Pontificum antea prorsus ignota commenti sunt, & aniles fabulas scriptis suis referuntur, ut Marianus Scotus, Martinus Polonus, aliquis nonnulli; visum est, sinceram Pontificum, in quibus erraverunt, enumerationem ex Auctoriis antiquioribus, & quasi oculatis ac presentibus testibus, & utique multo gravioribus & sapientioribus, prætextere. Luitprando Ticinensi, Anafasius Romana Ecclesiæ Bibliothecario, Fulcone Rhemensi Archiepiscopo, qui proximus Hincmaro succedit, amborumque Historico Flodoardo, Graecoque R̄sēm temporibus edito Romanorum Pontificum Catalogo, a Baronio scientissimo & diligentissimo Annalista prolatu. Igitor post Nicolaum primum fudit in Romana Ecclesia Hadrianus II. deinde Joannes VIII. cui defunctor anno Chr. 882. suscepit est Maximus, & isti subrogatur Hadrianus III. qui successorem habuit Stephanum V. hunc proximus excepti Formosum, quem Anafasius in Nicolaio magnas sanctitatis Episcopum nominat, quem Luitprandus sapientissimum illorum temporum historicus Ticinensis Episcopus laudatissimum testatur, tum religione, tum morum integritate atque doctrina, cuique honorificum admodum peribet testimonium apud Flodoardum Hincmarus Rhemensis, ejus sanctitatem & scientiam mirifice commendans, ejusque amicitiam expatens, datis ad ipsum Formosum litteris, cum nondum ad Romanam Cathedram ascenderet, Formosum deinde vita perfectum subsequens est longe illi dispar Stephanus VI. præcessori suo infensissimus.

2. Hadriano III. supremo existente Pontifice anno Chr. 884. ut scribit Leo Ostiensis, celeberrimum Cassinense Monasterium a Saracenis occupatum, expilatum, incensumque barbarica immanitate fuit, multis trucidatis Monachis, & cum his sancto Abate Berthario. Fatiscente apud Germanos Romano Imperio, novum in Italia instauratum est Romanorum Imperium anno 892. quo Formosus Pontifex Vidonem coronam Imperiali redimivit: cum aliquo pluribus ante annis privata usurpatione fe Imperatorem cessisset, atque appellasset, filiumque Lambertum sibi in Imperio successorem designasset. Quo eodem anno, Germania Normannorum græssationibus miserabiliter devasta est, & ab illis notabili Prümiente Monasterium ( intra quod deposito sponte Imperio Lotharius primus vitam finierat ) direptum ac pene eversum fuit, ut eorumdem Scriptor temporum, & qui eodem in Monasterio Monachatum professus fuerat, Regino scriptis prodit.

3. Idem pariter annus insignis in Gallia fuit inunctione & coronatione Caroli cognomine Simplicis, qui solus ex Regia propria supererat, rejecto Odone Comite Parisiensi, qui Francia Regis titulum tyrannice sibi vendicaret. Facta igitur Episcoporum Synodo, siueque frequentibus Francia Procerum apud Durocortorum Rhemorum comitiis, ibidem constitutum est, non alium posse legitimum esse Francorum Regem, quam Ludovicus Balbi supertrimi Regis filium Carolum, quandoquidem Francorum inviolabili lege sanctum erat, quam diutina consuetudo jam inde ab initio Monarchie firmarat, non alium posse Regem sibi superiorem reliquist, proindeque Odonem sine ullo jure, nec alio quam tyrannica invasionis titulum potiri regno. Itaque Carolus quatuordecim tantum annorum puer est proclamatus. Quod ut firmius stabiliretur, idem Fulco fedulante rei promotor, in rei gestæ defensione litteras misit ad Arnulfum Germania Regem, & ad Vidonem Imperatorem, atque ad Romanum Pontificem Formosum iteratas, ut se eorum, que Rhemis facta fuerant, approbatores & fautores exhiberent; ut Flodoardus in historia Rhemensis Ecclesiæ sub Fulcone fudit facit. Unde statim orta inter Provincias Regni mutua dissensiones civilaque bella, cum Odo ejusque partibus addicti in oppositum armis contendenter.

4. Deficiente, aut ad inertiam prolapsa Caroli Magni progenie, innumeris cladiibus conficitur est Italia per Saracenorum græssationes, quibus accessit tyrannorum ambitus pro Italia regno, & Imperii corona mutuo contendentium, ad ultimum populorum diversitas in partes divisorum exitium & internecionem, & quod caput malorum est, nefarii scelerisque Pontifices scotis

in illorum temporum historia famosissimis palam addicti, omnia ex illarum arbitrio gerent. Stephanus alius VI. recentissimus, aliis vero Papa VII. odio exitiali adversus præcessorem Formosum Pontificem furens, ejus e tumulo erutum cadaver ad se in Episcoporum confusum adductum pronunciato degradationis iudicio, Pontificibus induit justit ornamenti, quibus illum feralebus verbis & execrabilis violentia sensum expoliavit: & sic denudatum cadaver sacra pollicibus & indicibus amputatus, in Tiberim trahi & projici fecit. Nec sati habuit certe omnia Formosi acta rescindere, sed eodem quoque malignantium consilio & decreto sub gravibus pœnis edixit, ut quotquot Ecclesiasticos Ordines ab illo, aut illis, quos Formosus Episcopos consecraret, suscepissent, se iterum ordinandos presentarent. Hec tam notaria contigere ann. 896. Joannes deinde nonus longe moderatione Pontificis acta & sanctita ab hoc Romane Concilio reprobat, Formosique memoriam honorifice restituit, in Ravennensi Synodo, anno, ut scribit Sigonius, 898. ut autem afferat Baronius, anno 904. Successit post hec Sergius Papa tertius, pari cum Stephano VII. impietate insignis, a quo damnatum Roma fuit istud Ravennæ initum Concilium, instauratum vero, quod sub Stephano præcesserat Romanum. Refugit animus alia commemoratione vel cogitatu horrenda, qua a gravibus istius scriptoribus Luitprando Cremonensi Episcopo, a Reginone Abate, aliquis referuntur; quoque fuse prolegitur Baronius in Annalibus suis, Carolus Sigonius de Regno Italie, & alii.

5. Omni similior laude Annalium conditor Baronius, atque Genebrardus dignissimus Aquarum sextiarum Archiepiscopus, vir in omni litteratura profundissime versatus, hec & alia, que sciens prætermitto, conferentes, sapienter admonent, nihil cautele esse, cur Ecclesia Romana virtus verti possit hujusmodi Pontificum promoto, morisque perveritas. Non enim libera vel canonica Romani Cleri electione, ( ut ante fieri consuetum fuerat ) sed intrusione Principum nefariorum Romanum Ecclesiæ, quamvis invitam, dira tyrannide opprimentum, Apostolicum solium isti confederant. Hi fuerunt in primis Principes Italici, qui supra omnes usurpatione fe Imperatorem cessisset, atque appellasset, filiumque Lambertum sibi in Imperio successorem designasset. Quo eodem anno, Germania Normannorum græssationibus miserabiliter devasta est, & ab illis notabili Prümiente Monasterium ( intra quod deposito sponte Imperio Lotharius primus vitam finierat ) direptum ac pene eversum fuit, ut eorumdem Scriptor temporum, & qui eodem in Monasterio Monachatum professus fuerat, tot illustres Pontifices publicaque veneracione colendos in celum transmisit, ut Romina.

6. Jam inde superite adhuc & Imperante Carolo Crasso, cum libertis careret, duo quidam præcipui Italie Dynastæ, Vido Dux Spoletinus, & Berengarius Forjulii & Verone Dux, divisa in factiones Italia, regnum Italiae Romanumque Imperium, ut paullo ante dictum est, certatim ambiebat: obtinueruntque ab Hadriano Papaæ secundo decretum, ut defuncto sine liberis Caroli regnum Italiae Romanumque Imperium, non aliis, nisi aliqui Italici Principi deferretur. Accepto demum de morte Caroli nuntio, ut scribit Luitprandus lib. 1. cap. 6. Guido certus de Pontificis Formosi propenso in se animo Romam convolavit, ab eoque acceptis omnibus Imperii insignibus inunctus est Imperator, anno Redemptoris octingentesimo nonagesimo secundo; quod probat Baronius ipius Formosi ad Fulconem Rhemensis litteris, quartum manūm Flodoardus lib. 4. hist. Rhem. cap. 2. At vero Berengarius Vidonis emulus ante triennium ipso, quo decesserat Carolus Crassus anno 888. Italie Regem proclamari fecerat, & in Ticinensi civitate ab Anfelmo Mediolani Archiepiscopo pro Rege inungi. Stephanus enim sextus, quo Romana in sede constituto, Carolus Crassus mortem obiit, tot populorum & Principum in diversa distractis studitis refugerat se impicare, Germanorum, Francorum & Italorum. Carolus Crassus, ad quem devolutum fuerat & Romanum Imperium & Francie regnum, Ludovicus Germania Regis filius, Imperii Coronam Roma de manibus Joannis Papa octavi sumper anno 881. sed multis a Normannorum gente cladiibus acceptis, corpore animoque infirmatus, omnisque agnitus regimini incapax, ab omnibus etiam domesticis famulis desertus, utraque infelissimus Princeps Corona exedit. Franci enim illo abdicato